UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

In quibus cau. haben. tu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

crlv.inci.factū ſe habet. An autē ſi mater trāſit ad ſecūda vota. tū aute conſumationem carnalis copule petat tutoꝛem, debeat ſucceſſione priuari. vide Bal.conſi.cclxvj.lib.iiij. Pet.de Ancha.cōſ. cccxvij.vbi multa de mulieribus tranſeuntibus ad ſecunda vota relictis filijs. ⁊ an iudex illum dare debeat, quem ipſa petierit, vide eundem conſi.clv.lib.ij.

a ALEX. ¶ Tangit Spec. vult allegare Spec.tit. de tut. §. nunc dicendum.verſi.ſed nondum, ⁊c. per Ange.in l.vxoꝛ. ⁊ in l.ſi ſocer. §.que virum. j.de infa.etiam adde Bar.in l.matres. ff.ad Tertul. ⁊ Bar.in l.ſi quis ſub condi.de teſt.tut. ⁊ Bal.in l.precibus. verſi. ⁊ ſcias. C.de impu. ⁊ Bal.in l.j.j.ſi contra ius vel vti.publi.

a P.PAV.P. ¶ Dare petitum. Sequitur Comen. conſi. xciij. vide late Curtium conſi.xlvj. vbi ponit alia in materia dandi tutoꝛem quando mater tranſit ad ſecunda vota.

b ALEX. ¶ Propoſitum. Vide Bal.in l.fin. ⁊ Bar.in l.ſi quis ſub conditione. ff.de te.tu. ⁊ Bar.in auth.minoꝛis.ad fin.§.titu.j.

LEX III.

SI pater. Mulier poteſt petere tutelam filioꝛum ſuoꝛum naturalium, ſi pater teſtamento eis non dedit.h.d.

In quibus caſibus habenti tutorem tutor vel curator dari poteſt. Rubr. XXXVI.

LEX I.

SI in locum. Curatoꝛ datus ob abſentiam tutoꝛis, deſinit eſſe finita abſentia. hoc dicit.

LEX II.

POtuit. In locum excuſati, ſeu remoti, eſt alius dandus, ⁊ curatoꝛ datus in locum tutoꝛis, deſinit pubertate.

LEX III.

a **PRopter** a Diffuſum patrimonium eſt cauſa, vt habenti tutoꝛem, tutoꝛ vel curatoꝛ cōſtituatur.h.d. Vide gl. ſuper verſi.curatoꝛes, ⁊ no.eā, que ponit caſus, quando habenti tutoꝛem tutoꝛ dari poſſit, ⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Propter. Vide quod ibi dixi poſt Bar.in l.iij.§.ſi pupillus. ff.de tu. ⁊ gl.no. ⁊ ibi Bar.in l.curatoꝛem. ff.de tut. ⁊ cur.da. ab his. vbi omnino vide quando habenti tutoꝛem tutoꝛ dari poſ. ⁊ adde gl.inſt.de cu.§.interdum. ⁊ Spe.in tit.de tu. §. ſi. verſ.item quod habenti.

LEX IIII.

a **LIcet.** a In locum tutoꝛis excuſati, ſiue remoti, alius eſt dandus.h.d.

ADDITIO.

a ROMA. ¶ Licet tutoꝛem. Ergo habenti datur regulariter curatoꝛ. vide Ro.conſi.ccclxiij. vbi limitat, ⁊ ibi etiam ponit qualiter curatoꝛ ſit dandus pupillo conuento.

LEX V.

a **DAmob augmentum.** Augmentum facultatum eſt cauſa, vt tutoꝛi adiungatur curatoꝛ. Item non gerens nō tenetur, niſi tempoꝛe adminiſtrationis depoſuiſſe, qui geſſit, fuit tutoꝛ non ſoluendo.h.d.in ſum.

De admini. tuto. & curato. Rubr. XXXVII.

a ¶ Super iſta Rubrica in eo quod dicit de pecunia eſt poſita autheu. nouiſſime cautum eſt. quam vide.

LEX I.

FRuſtra times. Curatoꝛ adulti non tenetur pro tutoꝛibus, precedentib. niſi ſibi poſſit negligentia imputari.h.d.

LEX II.

a **ADuerſus.** a Actio pro vniuerſali adminiſtratione non poteſt exerceri durante tutela, vel cura.h.d. Vos hic habetis glo. que materiam iſtam tractat, que non eget ſuppletione.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Aduerſus. Per Bar.in l.j.C.vt act.ab here. ⁊ vide j. eod.l.rationes.

LEX III.

SVmptus. Expenſe facte in pupillum poſſunt ſibi imputari a iudice, licet non fuerint tarate. hoc dicit.

LEX IIII.

SI ſi eam. Libertus negligens exigendo a ſeipſo, poteſt remoueri, ⁊ etiam puniri.h.d.

LEX V.

FRuſtra tutores. Non eſt iuſta cauſa recuſandi ſolutionem ſi creditoꝛ dicat, quod ſibi non liquet, in quam cauſam pupillo ſoluere habeat.

LEX VI.

a **NOn eſt ignotum.** a Habeo iſtam l. pro nota, breuiter dicit. Adminiſtratoꝛes, qui iuſtam cauſam litigandi non habuerint proprio nomine in expenſis legitimis condemnantur.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Non eſt ignotum.no.pariter iſtum caſum, ⁊ vide Bar. l.edita.in §.§.de eden. ⁊ in l.j.§.ſi procur.ſi quis ius di.non obtem. ⁊ vide tex. ⁊ ibi Bar. ⁊ Ric.de Neap.in l.j.§.ſi pupillus. ff. de tut. ⁊ ra.diſtra.

LEX VII.

TVtelam. Tutoꝛ non debet rem alienare contra foꝛmam datam ab eo, qui rem predictam legauit.h.d.

LEX VIII.

ETſi ſciſſes. Ignoꝛans ſe tutoꝛem, nullo modo tenetur. Sciens vero de neglectis tenetur, ſi gerens non ſit ſoluendo.h.d.

LEX IX.

SI curatores. Poteſt adulta iudicis officium intentare, vt curatoꝛes eam doceant. hoc dicit.

LEX X.

SI liberti Liberti male adminiſtrantes, remouentur ⁊ criminaliter puniuntur.

LEX XI.

SI bonam. Qui non appellat vel appellationem non eſt proſecutus, cum bonam cauſam habuit, pupillo ob hoc condemnabitur. hoc dicit, ⁊ eſt bona lex.

LEX XII.

DE his Numerus liberoꝛum non ſupplet etatem, nec propter hoc ad agendum quis admittitur.

LEX XIII.

TVtores debita. Tutoꝛes non tenentur ſatiſdare rem ratam haberi. hoc dicit.

LEX XIIII.

RAtiones Idem dicit quod l.ij.§.eo.pro vniuerſa ſi adminiſtratione, non poteſt durante officio ratio poſtulari.h.d.

LEX XV.

SI non ſubſcripſiſti. De eo quod quis fecit vt tutoꝛ, non poteſt proprio nomine conueniri, niſi ſe proprio nomine obligauerit. hoc dicit.

LEX XVI.

a **NOn omni titulo.** a Alienatio tutoꝛis nō preſtat iuſtum titulum poſſidenti niſi fiat ex cauſa, ⁊ modis a iure permiſſis. Vos habetis hic vnam gl. que firmat, quod frater tenetur dotare ſoꝛoꝛem, vide gl. ⁊ hoc hic no.ij.gl. ⁊ in l.j.ff.de tut. ⁊ ra.diſtr. ⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Non omni titulo. Adde tex. ⁊ quod ibi no.in l. cū plures. §.pen.ff.eo.no.per Bal.in l.ſi pater. C.de do.promiſ. ⁊ Bal.in l.qui liberos, de ritu nup. ⁊ in l.j.ff.ſol.mat. ⁊ Ange. ⁊ Imo.in l.a filio.in princip.ff.ad trebel.

LEX XVII.

DE ſucceſſione. Adminiſtrare tutelam, non aufert ius teſtandi, vel donandi. hoc dicit.

LEX XVIII.

DEbitoribus. Adminiſtratoꝛ debet debitoꝛes monere, ⁊ eis ceſſantibus pignoꝛa vendere.h.d.

LEX XIX.

TVtor. Abſentia non excuſat tutoꝛem ſcientem, ⁊ non gerentem.

LEX XX.

a **PRo officio.** a Pro mala adminiſtratione, ⁊ pro neglectis bona adminiſtra-
b toꝛis ſunt tacite obligata. b h.d. hec l. ⁊ tota die allegatur. de admi.tuto.l.pro officio.